

lege contraria abolerentur, ut compertum est; ergo idem consuetudine fieri poterit, quibus eadem virtus est; l. de quibus 32. ff. de legib. Delbene cap. 8. dub. 29. sect. 2. num. 4. Menoch. conf. 34. num. 8. Argel. de acquirend. posses. quest. 3. art. 5. num. 7. Imd fortius operatur consuetudo, quam lex. Marescot. sup. lib. 2. cap. 90. num. 10. Bart. in l. viros, C. de divers. offic. lib. 12. atque ita scriptis ex pluribus Pacian. de probat. lib. 2. cap. 36. n. 95. nullum esse ius mere positivum, quod consuetudine abrogari non possit. Quibus accedit, quod tradit post alios Menoch. conf. 1169. num. 11. 12. scilicet posse consuetudine introduci, ne solemnitates juris adhibeantur in alienatione rerum Civitatis: & Ecclesia & Civitas quod prohibitionem alienationis, pari passu regulariter ambulant, Gratian. disceptat. cap. 169. num. 10.

60 Cui sententia non refragatur textus in cap. 1. de consuetudin. qui licet communiter ab Interpretibus allegetur ad probandum consuetudines Ecclesiae onerosas non valere, id ex illo deduci, si bene intelligatur, minimè potest; sed ad summum duntaxat probat expedire, vel decere, ut tollantur, atque ita eas validas supponit. Verum si ad locum originalem unde textus ille defunctus est, recurramus, qui est D. Gregor. lib. 1. epist. 64. apparet, ibi tractari de remissione consuetudinum, quae in favorem Sedis Apostolicae erant introductae, per quas Ecclesiae gravabantur, quae Pontifici xenia quadam sive munera mittere solebant; ut obseruat August. Barbosa. in collectan ad d. cap. 1. num. 4. ubi nonnulla adducit exempla, ut ostendat, consuetudines adversus Ecclesiae utilitatem jure subsistere, veluti circa Decimas, quae consuetudine minui, & tolli possunt, ut cum D. Covar. diximus sup. lib. 1. cap. 17. num. 97. cum seqq. Sic in cap. relatum 22. §. Licet de testament. consuetudo probatur disponendi de rebus Ecclesiae intuitu quasvis, in ultima voluntate, ad certos usus; quod quidem Ecclesiae damnosum est. Imo in Hispania invalidum consuetudo, ut Clerici in his bonis successores tam ex testamento, quam ab intestato haberent, ut ex aliis probavimus sup. lib. 1. cap. 15. num. 52. & pro libito saltem valide de illis testantur.

61 Nec magis urget, quod consuetudo tollens solemnitates juris in alienatione rerum Ecclesiae, esset irrationabilis, quare sustineri non debet, d. cap. fin. de consuetud. Nam responderetur, quod licet consuetudo inducat id, quod expedire non videatur, non ideo irrationabilis est judicanda, ut in exemplis proximè allatis videtur licet: illa enim solùm ut rationi contraria subsistere nequit, quae iuri Divino, vel naturali adversatur; Delbene d. dubit. 29. sect. 2. num. 2. 3. Navar. lib. 3. conf. 3. de consuetud. num. 3. edit. 2. quibus consentit Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 8. num. 7. ubi ex Buri doce, de jure Canonico illam tantum consuetudinem irrationabilem censerit quae fini aeterno opponitur, & est peccati nutritiva; consuetudo autem distracti bona Ecclesiae justis de causis absque solemnitatibus juris, talis non est, ut tanquam irrationabilis viribus carere censeatur.

Ibi: Secus vero in datione rerum Ecclesiae.

62 Hæc differentia inter emphyteusim, vel feudum, & alienationes perpetuas ex dictis videtur sublata; quam tam probat August. Barbos. ut dixi sup. num. 58. & Clar. d. quest. 28. num. 7. vers. Etsi dicas, ad fin. cāmque Praxis approbat; nam multis in locis solemnitates non exacte servantur, aut penitus omittuntur in concessione feudi, vel emphyteusim Ecclesiasticae; ut testatur Clar. ubi proxime, Speculat. de locat. §. Nunc aliqua, vers. Sextio, queritur, Delbene d. cap. 17. dubit. 1. num. 38. Azo in summ. C. de Sacrosanct. Eccles. in fine, quamvis in perpetuis alienationibus raro consuetudo introduxit, nam saltem solemnitates cap. sine exceptione 12. 22. q. 2. in viridi sunt observantia.

Ad Num. 5.

63 Emphyteusis Ecclesiastica concessa simpliciter, vel pro hæredibus, tertiam generationem accidentis non excedit, nec hæredibus extraneis competit, nisi adhibita sint juris

solemnitates, quamvis secundum consuetudinem validè, ac licet concedatur, Clar. ubi proxime, num. 6. in fine, Pat. Vazq. sup. Affl. deci. 100. Gregor. Lop. in l. 69. glof. 1. tit. 18. part. 3. Tusch. lit. E. conc. 156. num. 1. Trentacing. cum aliis, variar. lib. 3. tit. de jur. emphyteut. resolut. 3. n. 10. Molin. disput. 469. num. 9. ubi limitat, nisi consuetudine etiam receptum sit, ut emphyteusis Ecclesiastica pro hæredibus concessa, extraneos quoque complectatur: & generaliter docet, id esse servandum omnino, quod moribus circa hoc fuerit approbatum.

Ibi: Nec obstat textus.

Harum decisionum contrarietas Interpretes cogit, ut in 64 variis sententias abeant. Alii sentiunt, §. Emphyteusim, omnino esse abrogatum per §. Licensiam, atque ita licet Ecclesiæ res in emphyteusim perpetuum, etiam pro hæredibus extraneis dare, Molin. n. 2. Gregor. Lop. 28. glof. 5. col. 3. tit. 8. part. 5. Alii correctionem admittunt, sed duntaxat quoad descendentes, quibus in infinitum emphyteosis concedi potest, non quoad extraneos, quos Ecclesiastica emphyteosis judicant jure. Authenticorum incapaces; & haec est aquæ recepta sententia, Trentacing. num. 3. Alexand. in l. etiam. ff. solut. matrimon. Caldas aliquos referens probabilitatem dicit quest. 23. num. 44. licet non sequatur. Aliis placet, Imperatorem in §. Emphyteosim, loqui de Ecclesia Constantinopolitanaj §. Licensiam, de aliis generaliter, Incola in l. quod dicitur, la. 2. tol. 10. vers. Hoc verum, ff. de verb. obligat. Menoch. conf. 1066. num. 9. vers. Respondetur secundo, Cald. num. 46. Alii tenent, d. §. Emphyteosim, procedere ubi solemnitates non interveniunt alter textus, si illæ adhibeantur, Bart. in l. etiam. ff. solut. matrimon. Dec. in cap. in presentia, n. 48. de probat. Parlador. different. 71. §. 1. num. 4.

Alii tandem, & verius, cum D. Covar. docent, penitus correctionem excludentes, d. §. Licensiam, intelligendum fore juxta §. Emphyteosim, itaut attento jure illo non possit res Ecclesiæ ultra tertiam generationem concedi, aut pro hæredibus extraneis, Bald. conf. 372. vers. 4. volum. 4. August. Barbos. in tract. de dictioñib. dict. 254. n. 11. Tusch. lit. D. conc. 326. num. - Cened. pof. lib. praticar. & Canonica. question. sing. 78. Calderin. conf. ult. de verbis signific. Nam verbum, perpernum, non semper temporis infinitatem denotat, sed pro materia subiecta varie accipitur, Glos. verb. vivunt, in l. 1. ff. por. socio. Menoch. post alios conf. 45. 1. n. 25. Seraphin. de privileg. iurament. privileg. 58. n. 14. Tusch. d. conc. 326. per tot. latè August. Barbos. ubi proxime, sic in d. §. Licensiam, adverbium, perpetuò, accipiendo est pro tempore usque ad etiam generationem; nam hoc materia, de qua agitur, postulat.

Cui resolutioni non obsunt, quæ Alex. Trentacing. ubi 66 proxime in contrarium considerat, cum quod in §. Licensiam, necessariò temporis infinitas significatur, quoniam dicitur, non solùm ad tempus, sed & perpetuo; nam eodem modo ponitur per Consultum in l. 1. ff. pro socio. & tamen ibi solùm vixit contrahentis tempus comprehenditur: Tom. quod verba, Licensiam damus, jus nonum inducit, atque ita ea dispositio nequit ad jus antiquum omnino referri. Hæc sane levissimum est fundamentum, ut intuenti manifeste constabit, si quidem quod alias constitutum est, si alicubi jubeatur, aut permittatur, per hæc, vel similia verba exprimi solet, nec ex tam levi conjectura juris correctione admittenda est, quæ quantum possibiliter sit, vitari debet; cap. cum expediatur 29. de election. in 6. ubi Barbos. in collectan. plures refert, l. 1. C. de inofficio. dotib. Cevall. commun. tom. 2. quest. 828. num. 148. Cyriac. tom. 1. controversial. 63. n. 33. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 1. c. 2. dubit. 4. sect. 3. n. 31.

Ceterum præfata imperiali constitutione nihil impidente, bona Ecclesiastica in emphyteusim, nedum pro omnibus accidentis descendantibus, sed etiam pro hæredibus extraneis, modo juris Canonici serventur solemnitates in rerum Ecclesiae alienatione requisita, dari possunt, ut cum D. Covar. statim dicendum est; quoniam leges Principum secularium circa bona Ecclesiae specialiter disponentes, etiam in Ecclesiae favorem non obligant;

cap.

cap. Ecclesia 10. de constitut. c. bene quidem, 96. distinet. Cald. de nominat. emphyteut. quest. 7. num. 5. Delbene sup. tom. 2. c. 9. dubit. 1. num. 14. Clar. d. §. Emphyteusim, quest. 28. num. 7. in fine. Nec d. §. Emphyteusim, approbatus est jure Pontificio, ut latè probat Clar. vers. Etsi dicatur. Servabitur tamen, si alicubi usu receptus fuerit, non in vim legis, sed consuetudinis, cui quod hoc standum est; Clar. num. 10. in fine, Molin. n. 3. in fin. Laici tamen ad eas leges observandas tenentur, Clar. q. 48. ubi alii.

Vers. Tertia conclusio.

68 Juris Canonici solemnitatibus adhibitis, quæ in bonorum Ecclesiæ alienatione desiderantur, licet emphyteusim Ecclesiastica in perpetuum concedere, ut ad descendantes omnes, & hæredes extraneos possit pervenire; Trentacing. n. 4. vers. Prima est. Cald. sup. quest. 23. n. 45. Pat. Vazq. ubi proxime, Affl. d. §. deci. 100. Parlador. d. §. 1. n. 4. Molin. n. 2. Clar. sup. quest. 6. n. 4. & quest. 28. n. 5. Delbene d. c. 17. dubit. 15. n. 5. Valaf. de jur. emphyteut. lib. 1. q. 49. n. 5. Marescot. variar. lib. 2. cap. 7. 6. n. 37. Cyriac. sup. tom. 1. controversial. 146. n. 6. cum seqq. Meneles in l. cum virum, ad fin. C. de fidic. commis. Greg. Lop. in l. 69. glof. 1. tit. 18. p. 3. Tusch. lit. E. conc. 156. n. 6. Quicquid sentiant aliquid apud Caldas sup. n. 44. quorum sententiam in puncto juris veteriorum fatetur.

Ibi: Nam si eo casu.

69 Hanc eandem rationem reddunt Molin. Trentacing. Vazq. Cald. Delbene, & alii proxime laudati: nec curandum est de prohibitione d. §. Emphyteusim, etiæ correctus non sit; quia non tener, ut nuper dicebamus.

Vers. Quarta conclusio.

70 Concessio emphyteusis Ecclesiastica in perpetuum pro hæredibus, extraneos quoque successores comprehendet, si juris solemnitas in ea intervenerint, Molin. n. 3. Cyriac. ubi proxime, Vazq. sup. n. 58. Marescot. sup. Corn. conf. 1. lit. Q. & conf. 173. lib. L. vol. 2. Affl. deci. 380. n. 7. qui testatur, sic fuisse in Senatu Neapolitano iudicatum, Clar. veriore de jure dicit, d. num. 7. vers. Etsi dicatur, quoniam non sequatur, Greg. Lop. in l. 28. glof. 5. col. 1. tit. 8. p. 5. Delbene ubi proxime, dubit. 16. num. 1. 2.

71 Quod proculdubio procedere ait Clar. n. 8. ex Grato conf. 55. num. 29. lib. 1. si cum non constaret, bona emphyteutica ad Ecclesiam spectare, mediante concessione pro accipiente, & hæredibus eius, pro domina recognoscetur, quia extranei non esse excludi; cum satis sit, quod Ecclesia commodum recognitionis sentiat, ne ab hæredibus recognoscens etiam extraneis emphyteusim auferat. Quod ex æquitate potest sustineri, licet opposita sententia adversus præmissam teneatur.

72 Sed principalem conclusionem limitat Molin. sup. si consuetudine sit introductum, quod appellatio hæredum in concessione emphyteusis Ecclesiastica, extranei non veniant.

Ibi: Et licet glossa, Bartolus, & alii.

Hanc opinionem, quod emphyteusis recipienti, & hæredibus, de rebus Ecclesiae concessa, ad extraneos non translat, tenent magis communiter DD. Ripa in l. ex facto, §. fin. num. 15. ff. ad Trebe Mantic. de tacit. & ambig. convenit. lib. 22. tit. 19. num. 20. Tusch. lit. E. conc. 155. n. 9. Cald. d. q. 23. n. 26. & 27. Valaf. q. 44. n. 11. Roland. conf. 96. n. 5. lib. 1. Segura in l. cohædi. §. Cum filia, num. 160. ff. de vulgar. Trentacing. n. 9. Clar. n. 6. Menoch. conf. 989. n. 41. & alii plurimi apud Trentacing. & Clar. qui absolute loquuntur, nec distinguunt an adjiciatur verbum, In perpetuum, nec mesed Gregor. Lop. ubi proxime, & Delbene n. 1. 2. 3. differentiam constituant, inter concessionem simpliciter factam pro hæredibus; & eam, quæ fit inserta prædicta particula: existimantes hoc casu, extraneos admittendos; illo, non utique: quibus accedit Cald. n. 53. ubi tener, etiæ dubius, quod

si detur emphyteusis pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, erit ad extraneos transtitoria, non obstante quod in contractionem sit opinio communis; quoniam ipse docuerit, n. 52. quod emphyteusis non pertinet ad extraneos, si pro hæredibus, & successoribus concedatur, quod etiam afferit Trentacing. & Roland. ubi proxime, Mantic. d. n. 20. Atque ita ex adjectione verbi, in perpetuum, comprehensionem extraneorum inducit. Verum ex mente DD. quos proxime laudavimus, præfata differentia excludenda est, quoniam perpetuitas potest referri ad posteros accipientis, non ad extraneos.

Ibi: Secus vero si detur res Ecclesiae.

Hanc distinctionem D. Covar. impugnant non pauci 74 asseverantes, quod licet res Ecclesiae perpetuo concedatur pro hæredibus, juris solemnitatibus ad unguem servatis, non comprehenduntur extranei, Trentacing. num. 11. vers. Contraria hærebus, ubi de magis communiter testatur, Clar. d. q. 28. n. 6. dñbit. 15. n. 5. Valaf. de jur. emphyteut. lib. 1. q. 49. n. 5. Marescot. variar. lib. 2. cap. 7. 6. n. 37. Cyriac. sup. tom. 1. controversial. 146. n. 6. cum seqq. Meneles in l. cum virum, ad fin. C. de fidic. commis. Greg. Lop. in l. 69. glof. 1. tit. 18. p. 3. Tusch. lit. E. conc. 156. n. 6. Quicquid sentiant aliquid apud Caldas sup. n. 44. quorum sententiam in puncto juris veteriorum fatetur.

Sed pro conciliacione harum opinionum, distinguendu 75 existimo: Aut res non poterat concedi in emphyteusim pro descendantibus accipientis absque solemnitatibus juris; & tunc earum adhibitio nullam facit conjecturam, ut presumatur voluntas concedendi erga hæredes extraneos, cum nec pro liberis, absque illis dari jure possit, quo casu hæc ultima sententia, quam probavimus, vera est. Aut licetab concedere pro posteris, ab eo solemnitatibus, non autem pro extraneis; & hoc casu si interveniant, concessio ad omnes extenditur, nam ut primos comprehenderet superflua erat solemnitas, ut supponitur; adhibita ergo fuit, ut ad secundos transiret, ad quos alii non forent translati, & verba dubia interpretationem accipiunt à forma, & solemnitate, quæ actui adhibetur; Deci. in capit. dilecti, el 2. notab. 2. de appellat. & conf. 2. 37. numer. 3. Alciat. de presumptionib. reg. 2. pres. 26. & reg. 3. prel. 3. Cravet. conf. 104. num. 11. Menoch. conf. 313. num. 17.

Ibi: Quin etiæ emphyteusis Ecclesiastica.

Emphyteusis Ecclesiastica data pro accipiente, & quibusunque illius hæredibus, ad extraneos transfertur, sive juris solemnitates adhibeantur, sive non, Delbene dubit. 16. num. 1. 2. Cald. d. c. 23. num. 29. & 52. Vivi. sup. vers. Sed ista sententia, Trentacing. numer. 12. Vt illi, ad Affl. d. c. deci. 100. Clar. d. c. 28. numer. 9. Molin. numer. 2. Gregor. Lop. in d. c. glof. 5. colum. 1. vers. Sed mihi satis. Menoch. conf. 303. numer. 32. Tond. t. question. civil. cap. 86. numer. 1. 5. Mart. de clausul. part. 2. clausul. 45. numer. 3. & clausul. 46. numer. 2. Gratian. deci. 351. numer. 14. Quod casu etiam successor singularis admittitur, Gregor. Lop. ubi proxime, Menoch. conf. 378. n. 6. Cald. cum multis q. 24. n. 2.

Sed opportune queritur, quando res Ecclesiae, non servatis solemnitatibus, ita in emphyteusim perpetuum dari possit, ut ad extraneos quoque successores perveniat, atque ita locus sit D. Covar. assertio: Quod dupliciter contingere potest. Primo, si res Ecclesiae, quæ fuerat solemniter concessa etiam pro hæredibus extraneis reverteretur ad illam; nam hæc antequam mensa incorporetur, poterit per Prælatum iterum absque solemnitate concedi eodem modo, quo antea fuit apud emphyteutam,

reutam, juxta tradit. sup. à num. 52. Ita Molin. nn. 8. Clar. num. 7. vers. Prostera posset, Tusch. d. conc. 156. numer. 51. Secundò si ita consuetudine sit receptum, ut absque solemnitatibus bona Ecclesiae pro extraneis hereditibus concedantur, Clar. dict. num. 7. vers. Etsi dicas & Tusch. ubi proxime, Molin. num. 9.

Ibi: Idem si dictum sit pro omnibus hereditibus.

Addit. Cald. quæst. 23. num. 38. Roland. conf. 96. n. 30. cum sequenti, vol. 1.

Ibi: Quin & idem dicendum erit.

78 Quando res Ecclesiae emphyteorae conceditur pro se, & hereditibus, & quibus dederit, ad extraneos heredes transire potest, cùm scilicet de jure, vel consuetudine, his dari possit. Idem si dicatur: quibus voluerit, vel quos nominaverit, Clar. num. 10. Molin. ubi proxime, Cald. q. 10. n. 14. 15. & d. q. 23. num. 45. ubi latè à num. 36. Delbene d. dubit. 16. n. 1. Trentacinq. n. 13. Roland. conf. 41. n. 10. vol. 1. Menoch. conf. 378. num. 16. ubi ait, successores singulares admitti, Valasc. q. 38. num. 23.

79 Non solum ex verbis, sed etiam ex conjecturis emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos heredes transitoria censetur, veluti si Sacerdoti non habent liberos, pro hereditibus concedatur; quia cùm in descendenteribus quatenus potest, non possit concessio, necessaria id est extraneis intelligitur, ut verba aliquid operentur: Curti. de fœd. p. 2. tercia partis, n. 40. in fine, Cald. d. q. 23. num. 69. Nec de prole illegitima curandum est, quæ ad huiusmodi emphyteusim jus non habet: Bald. in l. generaliter, §. Cum autem, C. de institut. & substitut. Cald. q. 7. n. 39. Clar. d. §. Emphyteusis, q. 30. n. 1. & omnes communiter. Nisi expressum de ea in concessione mentio fiat, Cald. cum aliis, q. 19. n. 69. Cyriac. to. 1. controver. 79. n. 4. Vel legitimata sit ab habente potestatem, ut à Pontifice; de quo Marescot. var. lib. 1. c. 15.

Ibi: Dubium tamen esse poterit.

Videas proxime tradita numer. 70. & Ceval. commun. tem. 1. quæst. 194. qui D. Covar. sequitur.

Ad num. 6.

80 Emphyteusis Ecclesiastica, præscriptione quæsta, nec ad extraneos successores transit, nec nepotes recipiens egreditur; Menoch. de presump. lib. 3. pres. 109. numer. 15. Ball. de præscription. part. 1. partit. 3. princip. quæst. 10. n. 35. Alciat. de presump. reg. 2. pres. ult. Alex. in l. qui in aliena, num. 7. ff. de acq. hereditat. Cavalc. part. 2. decis. 30. n. 99. Mascal. de probat. conc. 604. num. 26. & 27. Molin. num. 5. Vazq. ubi proxime, licet contra sentiant alii apud Malcardum, qui num. 28. assert post extravagant. Ambitiose, de reb. Eccles. inter commun. huic præscriptioni locum non est. Sed contrarium est verius, ut refolvit Menoch. sup. pres. 108. num. 5. Delbene d. cap. 17. dubit. 5. a. numer. 28. ubi cum Abbate in cap. cum non liceat, n. 7. de præscriptionib. distinguit, inter bona absolute prohibita alienari; & ea, quæ cum quibusdam conditionibus, seu solemnitatibus alienabili sunt, & non alias: prima, à præscriptione sunt immunita; secunda, ut sunt res Ecclesiae, præscribi possunt. Circa quod membrinum oportet duatum Constitutionum, una est Pauli III. qua præscriptionem rerum Ecclesiae penitus interdixit; altera Pii V. qua incipit: Provida, qui primum decretum revocavit, rem ad terminos juris communis restituens. Notat Pellizzar. in manual. Regul. rom. 1. tract. 6. c. 8. num. 142. Vide Gregor. Lop. dict. glos. 5. in fine.

Posset principalis proxima conclusio limitari, quando ex consuetudine loci, res Ecclesiae in emphyteusim ultra tertiam generationem concederentur, iuxta quam præscriptio esset regulanda; nam consuetudo valet naturam emphyteosis immutare, Valasc. part. 1. num. 12. ad fin. & colligitur ex dictis, num. 67. & alibi: & quod in aliquo actu solet observari, de ejus natura censetur, l. quod si no-

lit 31. §. quia assidua, ff. de edilit. edit. Menoch. sup. pres. 109. n. 1. 5. Quod ex sequenti assertione idem comprobatur.

Vers. Quinta conclusio.

Res Ecclesiae data simpliciter emphyteute, nulla facta filiorum, aut heredum mentione, solum ad filios, & nepotes eius transfert, nisi aliud consuetudine obtinuerit, cui standum est; Trentacinq. d. resolut. 3. n. 6. Pat. Vazq. sup. dub. 16. n. 58. Cald. q. 10. n. 17. Gregor. Lop. ind. glos. 5. col. 2. ad fin. qui in hac resider opinione, Cavalc. ubi proxime, n. 98. 99. Molin. nn. 4. Valasc. 9. n. 11. Clar. d. q. 28. n. 1. Menoch. conf. 474. n. 11. Tusch. lit. E. conc. 162. n. 1. Molin. de primog. lib. 1. c. 3. n. 5. Quod limitat Greg. Lop. si juris solemnitates intervinerint.

Hoc tamen easo, in persona primi emphyteutæ extingui emphyteusim verius de jure putat Clar. sup. & latè probat Gregor. Lop. Cai suffragatur, quod hæc emphyteosis deber stricte intelligi, tum ob naturam stipulationis, l. quicquid astringenda 99 ff. de verbis obligat. Iun Ecclesiae favore, Marescot. variar. lib. 1. cap. 2. n. 6. Nihilominus communis sententia verior est, ac tenenda, quia conventio accienda est secundum naturam actus, Menoch. de presump. lib. 3. pres. 109. n. 11. & diximus sup. n. 74. & contrahens præsumitur non solum sibi sed etiam hereditibus quatenus potest, prospicere, l. 11. tit. 14. p. 3. l. sp. actum 9. ff. de probation. maximè descendenteribus propter naturalem sanguinis affectionem, argument. l. cum annis 101 ff. de condit. & demonstr. generaliter 6. C. de institut. & substitut. Quibus accedit, quod nihil magis emphyteusi convenit, quam perpetuitas; Cald. q. 23. num. 5. Gregor. Lop. d. glos. 5. in princip. Menoch. n. 12.

Si vero non facta mentione prolis, aut successorum ad 84 tringa annos, vel aliud tempus emphyteusis Ecclesiastica concedatur; usque ad præfixum terminum, etiam extranei admittuntur, Clar. num. 3. Molin. num. 7. Trentacinq. n. 15.

Sed si detur ad tertiam ulque, vel quarram generationem, 85 extranei excluduntur, quibus verba non pollunt convenire; Cald. q. 17. num. 21. Trentacinq. n. 14. Clar. n. 2. Molin. n. 6.

Plures formulas concedendi emphyteusim cumulat 86 Cald. q. 24. de quarum effectibus agit, aut saltē remittit, ut apud alios videantur, quos consulere, cum casus occurrerit, oportebit; nec nobis libet amplius immorari, non pauca circa hæc, sequenti capite cum D. Covar. dictaris.

A D C A P U T X V I I I .

De successione Feudi, Emphyteusis, ac juris patronatus Ecclesiastici.

S U M M A R I U M .

- 1 DD. de re agentes congeruntur.
- 2 Differentia inter emphyteusim Ecclesiasticam & privatam simpliciter acceptam, traduntur, & n. 3.
- 3 Fæmina cum masculis concurrunt ad successionem emphyteusis simpliciter accepte.
- 4 Fæmina cum masculis concurrunt ad successionem emphyteusis simpliciter accepte.
- 5 Fallit si viguerit statutum excludens fæminas à successione, existentibus masculis. Idemque est si de consuetudine ita servetur.
- 6 Argumentum de fendo ad emphyteusim, & è contra, in m. valeat?
- 7 Fæmina an in emphyteusim succedant pro filiis acceptas ad num. 12.
- 8 Mascalum an contineat fæminum, num. 14. 15.
- 9 Pro stipulatore in dubiis responderetur, ubi pro eo existat verisimilitudo.
- 10 Emphyteusis pro filiis accepta, utrum ad adoptiuos, & illegitimos pertineat; & quid de nepotibus? ad n. 19.
- 11 In emphyteusim concessam pro filiis, & filiabus, omnes absque sexus distinctione simul aquiliterque succidunt.

21 Limitat r.

- 21 Limitatur.
- 22 Verba contrahentium juxta statuta, vel consuetudinem interpretantur.
- 23 Statuta & consuetudines laicorum quando apud Ecclesiasticos debeat observari.
- 24 Filii cum patre non concurrunt in emphyteusis ab illo accepta.
- 25 Emphyteusis quotuplex.
- 26 Pater an possit filiis prejudicare quoad emphyteusim familiarem, ad n. 37.
- 27 Quid de mixta, ad n. 41.
- 28 Emphyteusis accepta pro filiis, verum ad eos pertinet, etiæ heredes non sint? usque ad n. 46.
- 29 Emphyteusis pro filiis hereditibus, non defertur filiis, nisi heredes existant.
- 30 An heredes extranei admittantur.
- 31 Quid de emphyteusis recepta pro se & hereditibus, numer. 50.
- 32 In feudo, quies heredum mentio sit, de masculis intelligitur.
- 33 Feudum pro hereditibus concessum, non competit liberis, nisi heredes sint.
- 34 Feudum hereditarium duplicit sensu dicuntur.
- 35 Feudum capere filius nequit, si pairis predecessoris hereditatem reputat.
- 36 Feudum simpliciter acceptum ad quos spectet.
- 37 Quibus casibus feminis ad feudum admittantur.
- 38 Feudum simpliciter acceptum ad quot descendentes primi acquirentis transeat.
- 39 Feudum aliud hereditarium, & aliud ex pacto & providentia.
- 40 Ut in feudum, aut emphyteusim hereditarium succedatur, an satis sit succedere primo acquiremi medietate, ultimi possessoris hereditate non obtenta? n. 61.
- 41 De intellectu cap. 2. an agnat. vel fil. in usib. feudor. ad num. 70.
- 42 Feudum simpliciter acceptum filius non capit, patris hereditate reputata.
- 43 Feudum pro hereditibus acceptum nullus capit, qui heres non existat.
- 44 Feudum hereditarium quod dicatur, & n. 73.
- 45 Feudum simpliciter acceptum, si ex pacto & providentia, de quo, & n. 68.
- 46 Quid de emphyteusis Ecclesiastica, & seculari.
- 47 Feudum, vel emphyteusim pro se & suis Tuis occidente qui capiant.
- 48 Feudum pro hereditibus masculis, solum liberos heredes comprehendit.
- 49 Differentia inter feudum, & emphyteusis notatur.
- 50 Sucedens in feudum, quando creditoribus antecessori testatur? ad n. 82.
- 51 Filius adiens cum beneficio inventarii patris hereditatem, feudum à patre alienatum an possit revocare? ad numerum 87.
- 52 Feudum, & emphyteusis, quomodo inter successores dividatur.
- 53 Feudum pro hereditibus, & successoribus concessum, cuius natura sit, & quid de emphyteusis.
- 54 Institutus in re certa caput feudum non hereditarium.
- 55 Quid si fuerit hereditarium.
- 56 Filius institutus in legitima, an feudum hereditarium capere possit.
- 57 Institutus in re certa, excluditur à feudi hereditarii successione, etiæ universali cum eo institutus incapax repertur.
- 58 Filius in re certa institutus non percipit fundum hereditarium.
- 59 Institutus in re certa habitualiter est heres universalis.
- 60 Institutus in re certa est heres universalis, si nemo sit universaliter institutus.
- 61 Fidus patronatus Ecclesiasticum quotuplex, & de ejus successione, ad n. 103.
- 62 Vendita hereditate, utrum jus patronatus ad emptorem transeat? ad n. 106.
- 63 Jus patronatus an pertinet ad fiduciam universalem? ad n. 109.
- 64 Jus patronatus in emptorem hereditatis transferri probatur; & n. 111.
- 65 Jus patronatus pro parte transit in emanem hereditatis portionem.
- 66 Quando jus patronatus non transeat in emptorem hereditatis.
- 67 Non pertinet ad melioratum in Tertio & Quinto, nec ad exhereditatum.
- 68 Jus patronatus in emptorem Legitime non transeat.
- 69 De iure patronatus hereditario quis disponere possit.
- 70 In alienatione juris patronatus quando Episcopi consensus desideretur, ad n. 119.
- 71 Possessor an prejudicare valeat vocatis in jure patronatus gentilio, vel mixto.
- 72 Quomodo in jure patronatus hereditarum, vel familiare succedatur.
- 73 Si uni ex pluribus hereditibus iubeat testator Ecclesiam adficari, an jus patronatus omnibus hereditibus sit commune? usque ad fin.

A de qua circa emphyteusis successionem hoc capite differuntur, legendi sunt Caldas de nominat. emphyteusica, q. 24. P. Vazq. in opuscul. tract. de redditib. c. 2. §. 2. dub. 17. Card. Tusch. practicar. conclusion. lit. E. conc. 159. cum alijs, Thom. Delbene de immunit Ecclesiast. tom. 2. c. 17. dubit. 16. Alvar. Valasc. de jure emphyteut. part. 1. q. 44. & 49. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 472. cum plurib. seqq. Jul. Clar. receptor. sententia lib. 4. §. emphyteusis, q. 28. cum alijs, Greg. Lop. in l. 28. glos. 5. tit. 8. p. 5. Alex. Trentacinq. variat. lib. 3. tit. de jure. emphyteut. resolut.; Marescot. variar. lib. 1. c. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib. 22. tit. 19. Amat. variar. lib. 2. resolut. 84. ex n. 56.

Ad Num.

Est prælibandum, quod emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa, veluti si dicatur: Eundem Titianum tibi in emphyteusim do: Filios & nepotes duntaxat accipientis complectitur, ut probavimus sup. c. proximo, n. 28. Sed si privatus ita concederit, omnes heredes, tam liberos, quam extraneos comprehendisse censetur, nisi obstat contraria consuetudo; Trentacinq. n. 1. Greg. Lop. sup. col. 3. vers. Si vero prius, Clar. d. q. 28. n. 1. Valasc. q. 3. n. 11. Contrarium tamen sentire videtur hic D. Covar. scilicet etiam emphyteusis privatam simpliciter acceptam ad duos successores emphyteutæ solum extendi, sive extranei sint, sive liberi, prout cum intelligit & sequitur Molin. d. p. 469. n. 4. Pat. Vazq. sup. Quod minimè admittendum est; nam præterquam quod communis opinio extat in contrarium, emphyteusis de sua natura, perpetua est; ut ex aliis notavimus sup. prox. cap. nu. 83, nulioque jure quod privatos restringit: quare ab solute concessa, omnibus accipientis hereditibus competet, cum contractus juxta naturam suam celebrari præsumantur, l. si stipulatis 4. ff. de usuris, l. quaro. 57. §. 1. ff. locat. Alciat. de presump. reg. 3. pres. 2. num. 1. latè Menoch. cod. tract. lib. 3. pres. 39. a princip. qui n. 6. in specie loquitur cum Alex. & Angel. in l. qui in aliena in princip. ff. de acquir. heredit. Alciat. sup. reg. 2. pres. ult. Nec aliud voluntate D. Covar. existimat, qui solum affirmat, filios & nepotes succedere, in utramque emphyteusis; non tamen negat ad secularium alios venire posse. Est tamen l. 6. tit. 26. p. 4. que in feudi adversus juris communis regulas statuit, ut feudum non transgrediat personam nepotis primi feudatarij; & ita in Hilpania observari testatur ibi, Greg. Lop. glos. 7. à qua lege forsitan D. Covar. deduxit argumentum ad emphyteusis; sed potest dubitari an valeat, cum lex sit correctoria, ut Greg. Lop. advertit.

Est & altera novanda differentia inter emphyteusis Ecclesiastican, & seculari simpliciter acceptam; quod ad priorem, liberi admittuntur, etiæ heredes non sint parenti; Trentacinq. n. 6. Delbene n. 13. Menoch. sup. pres. 18. num. 10. 11. Cald. q. 22. n. 15. Amat. n. 5. 9. Mantic. sup. tit. 17. num. 10. At posteriore, qui hereditatem non obtinent, accedere prohibentur; Amat. num. 5. 8. Cald. ubi proxime. C. C. Valasc.